



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

52. Sacrosancti Apostolatus &c. Statutum, quod de cætero Procurator
Generalis Curiae Romanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de
Observantia nuncupatorum Capitulo Generali ejusdem Ordinis de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

1694.
Occurren-
te vacatio-
ne intra se-
xennium
recurren-
dum ad S.
Sedem.

Duratio
moderni
Procura-
toris, re-
stringitur
usque ad
primum
Capitu-
lum Gene-
rale.

Illi tamen
decernun-
tur prae-
rogativae
aeque ac si
perdurat-
set per to-
tum tem-
pus.

Declaratur
privile-
gium hoc
non perso-
nale sed
propter
merita.

Decreta
roborantia
cum clau-
sula sub-
lata.

§. 4. Quod si Procuratoris Generalis sic electi Officiantem expletum sexennium per cessum, vel decessum illud pro tempore obtinentis, seu alias quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda recuratur.

§. 5. Porro ut ad Procuratoris Generalis hujusmodi electionem juxta eandem tenorem praesentium faciendam quanto citius, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propediem, benedicente Domino, in Hispaniis celebrando deveniri possit, Officium praefatum, quo dilectus Filius Petrus Paulus de Cellis Frater, expressè professus Provinciae Tusciae ejusdem Ordinis de praesenti fungitur, tametsi illud vigore Litterarum Patentium ei à Vener. Fratre Nostro Alderano Episcopo Ostiensi ejusdem S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem praedictam Protectore desuper expediturum diutius durare deberet, usque ad proximè futurum Capitulum Generale supradictum dumtaxat durare debeat.

§. 6. Caeterum ipsi Petro Paulo Procuratori Generali, quem munus suum fideliter haecenus, & laudabiliter exercuisse accepimus, ut vobis, seu suffragium in eodem proximè futuro Capitulo Generali habere, & ferre, necnon omnibus & singulis privilegiis, gratis, & indultis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui integri triennii spatio Procuratoris Generalis hujusmodi munere in Curia praefata functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, parimodo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere, libere pariter, & licite possit, & valeat, in omnibus, & per omnia, perinde ac si munere hujusmodi per integrum triennium functus fuisset, harum serie concedimus, & indulgemus.

§. 7. Praeterea privilegia, praerogativas, gratias, & indulta hujusmodi eidem Petro Paulo Procuratori Generali, non ex gratia, vel favore, aut privilegio personali, sed intuitu realium laborum, & tanquam iustum praemium ei debitum concessa fuisset, & de jure competere, nec in fel. record. Urbani Octavi, & Clementis X., aliorumve Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Litteris, vel Decretis super revocatione, & abrogatione, five annulatione quorumcumque privilegiorum, & indultorum personalium Fratrum dicti Ordinis contra, vel praeter Constitutiones, seu Statuta ipsius Ordinis concessorum, vel concedendorum haecenus emanatis, & quandocumque emanaturis, ullo modo comprehensa fuisse, vel esse, aut fore, seu comprehensa censeri, praetendi, vel intelligi, neque ejusmodi revocationes, abrogationes, & annulationes illi ullatenus obstat, aut eum illarum occasione, seu praetextu quomodolibet molestari, per turbari, vel inquietari posse, earundem tenore praesentium decernimus, & declaramus.

§. 8. Decementes pariter easdem praesentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri, Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. praefatos Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quacumque praeminentia, & potestate fungentes & functuros; Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; Ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignotanter, contingerit attentari.

§. 9. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis praefatorum, aliisque quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque, etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu aliâs quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 7. Aprilis 1694. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus,

Fides
transum-
ptorum.

Dat. 7.
Apr. 1694.
P. A. 3.

LII,

Statutum, quod de caetero Procurator Generalis, & Commissarius Generalis Curiae Romanae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligatur.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sancti Apostolatus sollicitudo, quam, meritis licet, & viribus longè impares, auctoritate Deo, gerimus, Nos stimulat ad ea peculiari studio statuenda per quæ prospero Christi fidelium divinis obsequiis sub suavis Religionis jugo mancipatorum statui, ac regimini opportunis rationibus consulatur.

§. 1. Cum itaque Nos nuper alias nostras in simili forma Brevis litteras, ut Procurator Generalis Provinciarum Reformatarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiae nuncupatorum, qui antehac de triennio in triennium a pro tempore existente Ordinis hujusmodi apud Sedem Apostol. Protectore deputabatur, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione votum, sive suffragiū Fratres Vocales earundem Provinciarum Reformat. Familiae Cismontanae dicti Ordinis tantum ibidem u-

Exordium
conver-
tendo cum
antecedē-
ti Consti-
tutione.

na cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti infimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre libere, & licite possint, & valeant, sub certis modo, & forma tunc expressis statuerimus, & ordinaverimus; Et sic ut accepimus, felici dilectorum filiorum Fratrum de Observantia dicti Ordinis gubernio, regularique illorum disciplinæ magnopere conducibile futurum sit, si id ipsum quoad illorum Procuratorem Generalem, & Commissarium Generalem Curiae Romanae, qui hactenus de triennio itidem in triennium à Ministro Generali supradicto, de Definitorum Generalium ejusdem Ordinis consilio, & assensu, seu aliis institui, & deputari consueverunt, pariformiter per Nos statuatur.

Procurator, & Commissarius Curiae Generalis eligantur in Capitulo Generali ad sexennium.

In cuius electione votum habeat respectivè familia pro qua sit electio.

Vacante Officio ante sexennium providebit S. Sedes.

Officia huiusmodi obtinentes de praesenti cessant adveniente Capitulo.

Decreta roborentur cum clausula sublati.

§. 2. Hinc est, quod Nos, qui Ordinem praedictum in visceribus paternae gerimus charitatis, salubri Fratrum de Observantia praefatorum directioni, quantum cum Domino possumus, similiter providerè volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, quod de caetero perpetuis futuris temporibus Procurator Generalis, ac Commissarius Generalis Curiae praefatae eorumdem Fratrum de Observantia, qui hactenus de triennio in triennium à memorato Ministro Generali, sicut praemittitur, institui, seu deputari consueverunt, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligantur, in eorumque respectivè electione votum, sive suffragium Fratres Vocales illius Familiae tantum Cismontanae scilicet, seu Ultramontanae, ex qua nimirum caeteroqui juxta Regularia Ordinis praedicti Instituta per Sedem Apostolicam approbata Procurator Generalis, seu Commissarius Generalis Curiae huiusmodi respectivè assumendi erunt, unà cum eodem Ministro Generali ibidem infimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre libere, & licite possint, & valeant, tenore praesentium statuimus & ordinamus.

§. 3. Quod si Procuratoris Generalis, ac Commissarii Generalis sic electorum Officia, sive eorum alterum per cessum, vel decessum illa, seu illud pro tempore obtinentium, vel obtinentis, seu alias quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda, recurratur.

§. 4. Caeterum, ut ad eorumdem Procuratoris Generalis, ac Commissarii Generalis electionem juxta earumdem tenorem praesentium faciendam quanto citius, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propediem, benedicente Domino, in Hispanis celebrando, deveniri possit, Officia praefata, quibus dilecti filii, moderni Procurator Generalis, ac Commissarius itidem Generalis ejusdem Curiae de praesenti funguntur, ac illorum quodlibet, tamen illa vigore quarumvis litterarum patentium eis, ac eorum cuilibet à dilecto filio moderno Ministro Generali dicti Ordinis desuper expeditarum, ac forsan etiam auctoritate Apostolica confirmatarum diutius durare deberent, usque ad proximè futurum Capitulum Generale supradictum dumtaxat durare debere, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie decernimus, & declaramus.

§. 5. Decernentes pariter easdem praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praerendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, seu ex alia quacumque causa, colore, praetextu, & capite, etiam in Corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, ali-

udve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrato etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existerè, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegates, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacumque praereminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & definiti debere; Ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis de Jure quæsto non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis aliisve quibuscumque, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque, etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus habetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 5. Aprilis 1694. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Fides transumptorum.

I. F. Card. Albanus.

LIII.

Indulgentia Plenaria perpetua in articulo mortis, pro morientibus in Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncti Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii debito Animarum salutis, quan-

Indulgentia plebana ut in rubrica.

tum